



Ad Mem. de  
Octava Ant.  
viii. toni.




FONTES aquarum sancti-fi-cá-ti sunt,  
Christo ap-parénte in gló-ri-a : orbis terrá-rum,  
haurí-te a-quas de fóntibus Salva-tó-ris : sancti-fi-cá-vit  
e-nim nunc omnem cre-a-tú-ram Christus De-us noster.

V. Reges Tharsis., Oratio Deus cujus Unigénitus., ut in  
j. Vesp. diei Octavæ.

✚ Si vero Octava dies Epiphaniæ extra Dominicam con-  
tigerit, habebit solum Psalmos et Memoriam. Cetera  
erunt de S. Hilario. Antiphona super Psalmos erit de  
Communi un. Confessoris :

Ant.  Qua incepta dicantur quin-  
que Psalmi ut in ij. Vesperis  
j.  Epiphaniæ, pag. 117.  
toni. ISTE sanctus.



Ps. Dixit Dóminus Dómino me-o. e u ó u a e.

Cap. Diléctus., R. Sancte Hilári., Hymnus Iste Con-  
fessor., V. Amávit., ad Magn. Ant. Confessor., Or. Deus  
qui pópulo tuo. Mem. de die Octava per Ant. Fontes  
aquarum., V. Reges Tharsis., Or. Deus cujus Unigénitus.,  
ut supra.